GLORIA in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex cœlestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite Jesu Christe. Domine Deus, agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus Altissimus. Jesu Christe. Cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

CREDO in unum Deum, Patrem omnipotentem, Factorem cæli & terræ, Visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine. ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato: passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos. Cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum, & vivificantem. Qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Offerens hostiam dicit Sacerdos.

SUSCIPE sancte Pater, omnipotens, æterne Deus hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero, pro innumerabilibus peccatis, & offensionibus, & negligentiis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis, vivis atque defunctis: ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.



Accipiendo in manib⁹ hostiã dicat

QUi pridie, quàm pateretur: accepit panẽ in sanctas ac venerabiles manus suas: Et elevatis oculis in cælũ ad te Deũ Patrem suũ omnipotentẽ, tibi gratias agens: bene✠dixit, fregit, deditque Discipulis suis dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEŨ

SImili modo postquã cœnatum est: accipite & hunc præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agẽs: bene✠dixit, deditque Discipulis suis dicens: Accipite & bibite ex eo omnes.

HIC est enim Calix Sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Offerens Calicem

OFFERIMUS tibi Domine Calicem salutaris, tuã deprecantes clementiã: ut in conspectu divinæ majestatis tuæ, pro nostra & totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

IN spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur a te Domine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi Domine Deus.

VENI sanctificator omnipotens æterne Deus: & benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum.

SUSCIPE sancta Trinitas hanc oblationẽ quã tibi offerimus in memoriam Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Jesu Christi Domini nostri: & in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, beati Joannis Baptistæ & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & istorũ, & omnium Sanctorũ: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis quorũ memoriam agimus in terris. Per eundem.

Ante sumptionẽ Sacramenti inclinat' dicit.

DOMINE Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ: eamque secundum voluntatem tuam pacificare & coadunare dignẽris. Qui vivis & regnas, &c.

DOmine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum corpus & sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & universis malis: & fac me tuis semper inhærere mandatis, & a te numquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre.

PRæceptio corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium & condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ante benedictionem inclinatus dicit.

PLACEAT tibi sancta Trinitas, obsequium servitutis meæ: & præsta ut sacrificium quod oculis tuæ majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile mihique & omnibus, pro quibus obtuli te miserante propitiabile. Per Christum Dominum.

GLORIA in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite Jesu Christe. Domine Deus, agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus Altissimus, Jesu Christe. Cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

CREDO in unum Deum, Patrem omnipotentem, Factorem cæli & terræ. Visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine: ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato: passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos. Cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum, & vivificantem. Qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Offerens hostiam dicit Sacerdos.

SUSCIPE sancte Pater, omnipotens, æterne Deus hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero pro innumerabilibus peccatis, & offensionibus, & negligentiis meis, & pro omnibus circumstantibus sed & pro omnibus fidelibus Christianis, vivis atque defunctis, ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen

Accipiendo in manib? hostiã dicat

QUi pridiè, quàm pateretur: accepit panẽ in sanctas ac venerabiles manus suas: Et elevatis oculis in cælũ ad te Deũ Patrem suũ omnipotentẽ, tibi gratias agens: bene✠dixit, fregit, deditque Discipulis suis dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEŨ

SImili modo postquã cœnatum est: accipi[ens] & hunc præclarum Calicem in [s]anctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agẽs: bene✠dixit, deditque Discipulis suis dicens: Accipite & bibite ex eo omnes.

Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Hæc, quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Offerens Calicem dicit.

OFFERIMUS tibi Dómine, Cálicem salutaris, tuã deprecantes clementiã: ut in conspectu divinæ majestatis tuæ, pro nostra & totius mundi salute cum odore suavitatis ascéndat. Amen.

IN spíritu humilitátis, & in ánimo contríto suscipiámur à te Dómine: & sic fiat sacrifícium nostrum in conspectu tuo hódie, ut placeat tibi Dómine Deus.

VEni sanctificator omnípotens ætérne Deus: & benedí hoc sacrifícium, tuo sancto nómini præparátum.

SUSCIPE sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quã tibi offérimus ob memóriam Passiónis, Resurrectiónis, & Ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: & in honórem beátæ Maríæ semper Vírginis, beati Joannis Baptístæ, & Sanctórum Apostolórum Petri & Pauli, & istórum, & ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salútem: & illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eundem.

Ante sumptionẽ Sacramenti inclinat? dicit.

DOMINE Jesu Christe, qui dixísti Apostolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respícias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ: eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre & coadunáre dignéris. Qui vivis & regnas, &c.

DOmine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum corpus & sánguinem tuum, ab ómnibus iniquitátibus meis, & univérsis malis: & fac me tuis semper inhærére mandátis, & à te número quam separári permíttas. Qui cum eódem Deo Patre.

PErceptio corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsúmo, non mihi próveniat in judícium & condemnatiónem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis & córporis & ad medélam percipiéndam. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ante benedictionem inclinatus dicit.

PLACEAT tibi sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ, & præsta: ut sacrifícium, quod óculis tuæ majestátis indígnus obtúli, tibi sit acceptábile mihíque & ómnibus, pro quibus óbtulí, tua te miseránte propitiábile. Per Christum Dóminum, &c.